



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XLII. Quando poenite[n]s legitima de causa nequeat integrè confiteri, quo tempore teneatur hunc supplere defectu[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

fit euenturum, si quispiam inuenerit char-
tam.

Si verò tanta fit simplicitas poenitentis, vt
ne id quidem possit, & peccata tã sint enor-
mia, vt illi aut proximo magnum fit metu-
endum damnum; nequaquam ad scriben-
dum Confessionem tenetur: Sed sufficit ea
confiteri, quorum memor esse poterit, &
Confessio reputatur integra, & idcirco non
iteranda, licet complura per obliuionem o-
miserit peccata. Christus enim ad integrita-
tem Confessionis neminem obligare voluit
cum tanti damni periculo.

*Quando poenitens legitima de caussa ne-
quit integrè confiteri; quo tempore
tenetur hunc supplere
defectum?*

*Quaestio
XLII.*

QUaecunque peccata mortalia inter con-
fitendum oblitus est poenitens, non
antè tenetur confiteri, quàm iterum tempus
aduenerit cõfitendi. Quòd si tamen pro sua
deuotione ante id temporis cõfiteri placue-
rit, propter alia scelera interim commissa, ni
nouì peccati reus esse velit, tenetur omnia
oblita confiteri.

Respõsio.

At in reliquis casibus, in quibus legitima
de caussa aliquod peccatũ mortale dissimu-
latur, quamprimum se offert commoditas

Caput III. De Qualitate

& Sacerdotis copia, cui sit absoluedi potestas illicò prioris Confessionis tenetur sup-
plere defectum; nec differenda est Confes-
sio in articulum vsque mortis, aut Quadra-
gesimæ tempus.

Huius differentia ratio est: Nam omit-
tens oblita, sufficientem de omnibus peregit
Confessionem, quorum tunc subibat recor-
datio: Qui verò secus, & prudens aliquod
præterit peccatū; nondum planè cōfessus est.

Questio
XLIII.

*Sempërne Confessio integra est fru-
ctuosas, vt nunquam sit
iteranda?*

Respōsio.

SANÈ haud infrequenter contingit pœni-
tentem integrè confiteri; nullum tamen
fructum Absolutionis cōsequi.

Ac **PRIMO** quidem, si pœnitens, ma-
iori excommunicatione ligatus, absoluetur
à peccatis ab illo, cui deerat facultas absolue-
di ab excommunicatione: Nemo enim à
peccatis absolui debet, qui membrum Ecclē-
siæ non sit, cuiusmodi Ius per excommuni-
cationem peccator amittit.

SECUNDO, inutilis est Cōfessio, si pœ-
nitens mortalium instituens Cōfessionem,
non antea legitimè fuerit contritus, neque
sufficienter attritus.

TERTIO, si pœnitens peccatis morta-
libus obnoxius, ea confiteatur sine vlla præ-
para-